Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



imaginem illius acceperit in fronte aut in manu
sua/ñ hic ad presens flagella recipiet tamquã uino
potatus sed in futuro pennã uindicta plectet/tam-
quam fecibus deebriatus/Et cruciabunt igne &
sulphure/in conspectu angelorum scõrum/Cum
sint in inferno tanta tanq; innumerabilia tormẽta
quanta nec dici nec estimari possint breuiter
tamen in his duobus omnia comprehenduntur
tormenta/Erit enim ibi ignis non ad lucendũ
sed ad miserorum corpora concremandũ./Erit
quoq; ibi & sulphur quod & fomentũ prestabit
igni & fetorem gignet intolerabile. ac phoc
ex igne fetor & ex fetore ignis pertabitur cum
ũnum horũ ad tormentum miserorũ satis sufficere
posset aut ignis uidelicet aut fetor/Sulphur
quippe ut diximus fetorem ignis habet ardorem.
Qui enim ad puersa desideria ex carnis fetore ardent
nunc maxime libidine deseruiendo dignũ est ut
postmodũ igne & sulphure pertant quatenus ex
iusta pena discant quid ex iniusto desiderio faciant/
Angelorũ autem uocabulo in quorũ conspectu cru-
ciari dicunt ñ solum angelici spẽ uerũ etiã elec
torum eccla exprimit/Quod ideo fiet ut dum im-
piorum cruciatus iusti conspiciunt in di laudibus
crescant p cuius misericordiã euaserunt quod mi
seri patiunt quia in se cernunt bonũ quo gratis re-
munerati sunt & in illis aspiciunt suppliciũ quod
misericoditer euaserunt eritq; ut malorum tor-
mentũ ad electorũ pficiat laudis incrementum/